

T R A C T A T V S
DE NVMERATIONE PERSONARVM
PER FOCOS, SEV FAMILIAS,
IN VNIVERSITATIBVS REGNI,

P R O

ONERVVM PERSONALIVM, REALIVM, ET MISTORVM SOLVTIONE,

Ac de modo procedendi ad Dispositionem Iurium Regij Fiscij,
& Vniuersitatum,

Cum Instructionibus Regiæ Cameræ, Antiquis, & Recentioribus, ac Adnotationibus,
& Decretis Generalibus eiusdem Supremi Tribunalis,

A V C T O R E

IOANNE BERNARDINO

M A N E R I O

I.C. Solertissimo Ciuitatis Neritoni in Salentinis.

Opus, à nemine hucusque tentatum,

In quo continentur huius Regni Personæ, tam immunes, quam
Tributis, & Collectis obnoxie.

Accessit Index locupletissimus rerum memorabilium, quæ in Opere continentur,

INDVSTRIA AGNELLI ALEXI DE BLASIO
LL. & S. Teosophiæ Professoris.



N E A P O L I, M. DC. XCVII.

Ex Typographia Caroli Porpora, & Io: Dominici Petriboni.

S V P E R I O R V M P E R M I S S V.

EXPENSIS CAROLI PORPORA.

V I R O
NOBILISSIMO, MAGNIFICO, ATQVE CONSULTISSIMO

D O M I N O
P E T R O F V S C O

Jcto summo, Serenissimi, ac Potentissimi Regis
Nostri Catholici, in Senatu, quem aiunt,
S. Clarae, Consiliario gravissimo.

Audaciter quidem, at non temere praesens opus Amplissimo Nonim
Tuo defero, Vir Clarissime! audaciter, inquam; tanto enim Viro
leuidentis munusculum offerre perfidiae quid olet frontis: non au-
tem temere, quaecumque munus est offero. Noua quippe Le-
galis disciplinae lucubratio, huius aevi Iurisperdentium facile Principem de-
cet quammaxime. Immo audaciter, ac temere de Te sensissem, si repeda-
sem: singularis etenim Virtus Tua, animum offerentis non munera oblata
magnipendit. Superis consona, qui promptam, ac sinceram Amicitiae volun-
tatem, Regum pretiosioribus offerumentis praeferrunt, atque praepo-
tant. At quid ego de hac propè diuina animi Tui sinceritate demens effutio? Non,
haec defunctorie laudanda, neque vulgaris calami argumentum. Plenissimam
cuique de literis benemerito Historiae, Poematisque materiam praebere po-
test, vt iam omnium per ora volitat. Haec iamdudum debitos sibi honores,
honoris sibi ducit mordicus declinasse, ni dicam odisse. Haec Te, quod rarum,
Philosophum in foro praedicat. Haec magnis Caesaribus aequalem facit, ac vi-
uum inter Heroes adnumerat. Immo supra Heroum virtutem assurgit: nullis
irretita praemijs, nullis erecta plausibus, nullis mutata honoribus. Haec, se sola
contenta, omnium virtutum laudes in vnus virtutis laudem coadunat: vt me-
rito, quae de ea Claudianus cecinit, nunc dicere valeamus:

*Ipsa quidem Virtus pretium sibi: solaque late
Fortuna secura nitet, nec fascibus ullis
Erigitur, plausuue petit, clarescere Vulgi.*

Cl. Clard.
de Consul.
Mall. Theo.

Nunquam alia, semper eadem; vt vnde cepit, eò desinat, ad Geometrici nor-
mam circuli, cuius principium, idem & finis est: Namque, vt cum eodem
Poeta, loquar:

*Talem te protinus anni
Formauerunt rudes, & dignum vita curuli,
Traxit iter, primaeque senes cessere iuuenta.*

Id. ibid.

TRACTATUS DE NUMERATIONE

PERSONARVM

PER FOCOS, SEV FAMILIAS, &c.

AUCTORE

V. I. D. IOANNE BERNARDINO
MANERIO.

SVMMARIVM.

- 1 Nullus finis componendi libros. Et ratio, num. 2.
- 3 Natura humana semper mutatur.
- 4 Diuersitas opinionum in omni scientia. Et quidem in iurisprudentia num. 6.
- 5 Hippocrates artem appellauit longam.
- 7 Iustiniani Edictum violatum quoad interpretationem Iuris.
- 8 Difficultas in iure in consulendo, & decidendo, ob varietatem opinionum.
- 9 Sapiens errores, & consiliorum difficultates noscit.
- 10 In omni auro adest via scribendi, & inquirendi veritatem.
- 11 Doctores, tam antiqui, quam moderni, multa in iure composuerunt.
- 12 Auctoris ratio de compositione huius Tractatus, & de eius Vtilitate.

PRAEFATIO.

- 1 **F**aciendi plures libros nullus est finis, vt habetur *Ecclesiast. c. 12.* hoc humana imperfectione causante; eius nanque conditio in-
- 2 infinitum semper decurrit. Animus nunquam quiescit, & ob eius inconstantiam semper æget correctione, vt noster Imperator in *Auth. quibus modis nat. efficiant legit. & in l. 2. §. sed quia, C. de veter. iur. enuel.* quia sepius mutatur in deterius, licet aliquando in-

- 3 melius, vnde adagium: *Mutan. tempora, mutantur mores, & nihil sub Sole firmum,* & Tacit. *lib. 3. annal.* his verbis confirmat: *Nisi forte rebus cunētis inest quiddam velut orbis, vt quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur.*
- 4 Hoc experitur Respublica litteraria in omni scientia; hinc Diuinus Hypocrates *1. aphorif.* longam appellauit artem: eniuero in qua scientia opinionum tempestas ingenium non aggreditur? & aggressum non subuertit? Vbi res tam clara, vt aliquam sollicitam non accipiat dubitationem? Hoc potissimum in nostra Iurisprudentia, & prius in perennibus illis legum Fontibus, qui, siue interpretationem legum, *12. Tabul. siue Edictorum,* aut alterius Romani Iuris interpretationem aggredientes, in diuersas abierunt classes, quorum primi Accius, Capito, Antistius, Labeo, deinde Sabinus, Nerua, Cassius, Longinus, & Proculus; hinc eorum sectatores Cassiani, Sabiniani, & Proco-
- 7 leani appellati, *l. 1. ff. de orig. iur.* Cui malo in cassum, licet exquisitissima diligentia, noster Iustinianus occurrere, perpetuo tentauit Edicto: nam repressa exitialis opinionum varietas, rursus miras per artes erumpebat, tam a priscis, quam a Neotericis, & politioris litteraturæ Interpretibus (tanta est hominum contradicendi libido, emulatione, pretio, ostentatione, iactantia, gloria- que ad posteros) taliter vt quid ad

A præ-